Verum hec que meroris plena
sunt relinquamus. Ita inquit
fiat postumianus. Quod cum
dixisset paululum omnes conti-
cuimus. Dein relictum cui in-
sederat · adme propius ad-
movit atque ita exorsus est
27 Ante hoc triennium
quo tempore tibi Sul-
pici hinc abiens vale dixi
ubi narbone navem solvimus
quinto die portum affrice
intravimus. Adeo prospera
dei nutu navigacio fuit. Li-
buit animo adire Kartagi-
nem loca visitare sanctorum et
precipue ad sepulchrum cy-
priani martiris adorare
Quinto decimo die ad portum
regressi profectique in altum
alexandriam petentes reluc-
tante austro pene in sirtes
in lati sumus. Quod providi
naute caventes iactis nave
anchoris sistunt. Subiacebat
autem terra continens erat
in qua scaphis egressi cum
vacua ab humano cultu omnia
cerneremus. Ego studiosius
explorandorum locorum gracia
longius processi. Tribus fere
a litore milibus parvum tugu-
rium inter arenas conspicio
cuius tectum sicut salustius
ait quasi carina navis
erat contiguum terre satis
firmis tabulatis constratum
Non quod ibi vis ymbrium
ulla timeatur confusse aut
illic pluvia ne quando
quidem auditum est sed quod
ventorum ea vis est ut si
quando vel clementior
celo aliquantulum spirare
flatus ceperit maius in
illis terris quam in ullo
mari naufragium sit. Nulla
ibi germina · sata nulla
proveniunt. Quippe insta-
bili loco arentibus arenis
ad omnem motum ventorum ceden-
tibus. Verum ubi aversa quedam
a mari promunctoria ventos
resistunt terra aliquantulum
solidior herbam raram atque
hispidam gignit. Ea ovibus
est pabulum satis utile. In-
cole lacte vivunt. Qui sol-
lerciores sunt velut ita dix-
erim ditiores. hordeacio
pane utuntur. Ea ibi sola
messis est. Que celeritate
proventus per naturam solis
sive aeris ventorum casus